



W
gndauer prifte

L. W. J.

Cœlestis Regis Filii, & ejus qvidem
unigeniti,

JESU CHRISTI

Scilicet,

Totius Humani Generis

SALVATORIS, NATALIS,

Per varios Typos,

Quibus

Sacra Scriptura mentionem facit,
Adumbratus,

In Actu Lycei Torgensis Oratorio

d. XX. Decembr. Auxiliante DEO,

Præsentabitur,

Anno adhuc currente, MDCCXIL

Ad quem

Honorandos Patronos, Fautores

& Amicos,

Humillimè invitat:

PETRUS PAULUS FEKNO,

Lyc. Torg. Rector.

TORGÆ.

Literis JOK. ZACHAR. HEMPL. Junior.

Adeste! adeste inquam! quicunq[ue] inter Christi veros cultores, nomina vestra profitemini; Coelestis enim Regis vestris, Filii unigeniti NATALIS, à Patribus antiquis diu desideratus, eo, quo fieri potest modulo, celebrabitur, & quidem rectissime. Qvod si enim, terrestris alicujus Regis & Principis, natalitia festa aguntur; cur non Regis Regum, & Domini dominantium filii, eadem festaagi debent? Dulcis est vita, omnibus animantibus, quid ni homini, ratione pollenti; hinc ferme neminem fore existimo, qui defuso, sibi non gratularetur, die natali. Hieremias, vir entheus, & sanctissimus alias Divini Numinis Propheta, diris quidem, natalem suum, devovebat, ecce Cap. X. v. XIV. & seqventibus, ejusdem Prophetiae legimus. Huic, hac in parte, locum adjungere valemus, Hiebum, qui, etiam si toti Christianitati, exemplum Patientiae imitandum proponatur, natali tamen suo dici maledicere, non dubitavit: id qvod observatum est, Cap. III, v. I. & seqq. ejus libri. Sed, exculandi omnino, virti hi, de rara inter homines, commendandi laetitiae, eo qvod eorum Impatientia, ex magna, enata fuerit afflictione, quæ eodem, ad suo Natali maledicendum, impulerat. Huc, pace tamen hujus laetiae bigere, non immerito trahimus Ovidium, in natalem suum, parimodo invchi, non abquentem. Hic enim, natali suo illucentie die, miserimi sui exilio memoria, dictum suum natalem, seqvencibus exceperat verbis:

Ecce supervacuus, qvid enim fuitutile nasci?

Ad sua natalis tempora noster adeat.

Dure, qvid ad miseris veniebas exulis annos?

Debueras illis imposuisse modum.

Si tibi cura mei, vel si pudor ullus ineflet;

Non ultra Patriam me sequerere meam.

Quoq[ue] loco primum, tibi tum male cognitus infans;

Ilio tentasse, ultimus esse mihi.

Et qvæ plura seqvuntur verba, de dicto natali dic, querelæ, Tristis Libr. III Eleg. XIII. Sed & isti, hoc in casu, condonandum, præterim cum sciamus: unde haec querela provenerit, alias enim hic poëta, natalem suum, sat laute & splendide celebraverat, ut ex allegata Elegia patet. Videantur itaque illi, qvos dies natalis, in exoptato deprehenderat statu, hinc etiam si suum confectus fuerat honorem: probatur autem hoc variis exemplis. Pharaon, Rex Ægypti, cuius regiminis tempore, Josephus, Jacobii Patriarchæ Filius, in Ægyptum venditus fuerat, se in felici rerum statu, constitutum cœpient, celebravit natalem suum, & quidem

quidem opiparo instructo convivio, uti legimus Genes. Cap. 40, v. 20. Hoc fecisse Herodem, Johannis Baptista percussorem, testatur Evangelista Lucas, Cap. 6, v. 21. Ut alia hujus rei exempla, quorum facra scriptura mentionem facit, brevitatis causa, jam sileamus, & ad profana scripta procurramus. Romanos antiquos, utique solitos fuisse, natales dies, tam suos, quam aliorum, festos agere, satis patet ex Elegia Ovidii, supra allegata; ubi etiam modus, hos dies celebrandi, eleganter describitur, quem modum, Tibullus Poeta, brevibus perstricturus, his ueitur verbis: *wantur pia subra facta, wantur odores.* Ad modos autem, natales dies celebrandi, quos antiqui Romani, obserabant juxta alios, pertinent etiam carmina gratulatoria, quibus poëtae, natales dies, vel suos, vel aliorum, excipere solebant. Sic Virgilius, poëtarum castissimus, diem, Asinii Pollio's Filii, recens nati, natalem, celebrabat carmine eruditio, & multum in recessu habente. vid. Libr. Bucolic. Ecloga IV. Sed, quid scrutamur antiqua, cum habeamus recentiora, Christina, Regina Sveciae, celebrabat etiam, Anno MDCL. natalem suum diem; circa ejus festum, etiam hoc, noctu dignum occurrit: Qvod felicet pyrobolia, in Hercule, Marte, Fortuna, & aliis figuris consistens, praesentata fuerit. Supra has figuras, sedebat Leo, corona ornatus, & gladio Sceptroque armatus; supra quem iterum, forma angeli tele vibrans, hoc seqvens distichon:

Vives t' cui fascis atber fulgoribus ardet,

Nunna cui claris, dñe bona figura notis.

Tabellæ inscriptum, manu tenebat. Similiter modo, cum Philip'pus Prosper, Regis Hispaniorum Filius natus esset, & quidem mediis in belli flammis, extrahebant Mediolanentes Iridem, in ejus honorem, cum hac inscriptione: *Inter Nubila Gratior.* Ut jam, silenti pede præteream, solennes illos, & visu dignissimos apparatus, quos Wratislaviae, in honorem Josephi I. jam beatæ memorie Imperatoris, cum natus esset, institutos, tunc temporis præsentibus, videre licebat.

Qvod si itaque, & sublimioris, & humilioris sortis hominum, natales dies celebrati fuerint, & adhuc celebrentur: cur dies natalis, totius mundi Salvatoris, festus agendum non esset? Celebrabimus igitur eundem, pro virili, in Honorem Salvatoris jam laudati, actu nostro Scholastico-Oratorio, in quo contemplaturi, & Honoratissimorum, æqvæ ac doctissimorum Auditorum auribus, proposituri sumus: I. per typum adumbratum, Salvatoris Originem. Gen. 14. v. 18. II. in typo latitante, ejusdem Conceptionis annunciationem. Judic. Cap. 13. v. 3. 18. 22. III. per typum denotatam,

tatam, illius Incarnationem. Etod. Cap. 3. v. 1. 2. IV. per typum
delineatam, ejus Nativitatem. Luc. 1. v. 52. seq. Et tandem V. per
typum significatam, ejusdem Infantia fugam, in Ægyptum. II.
Reg. XI. v. 1. 2. Ubi immiscentur etiam quædam pauca alia, cir-
ca Nativitatem Christi, notata digna; cu[m] demonstrabunt, Lycei
n[ost]ri Torgensis, alumni sequentes, Oratiunculis suis, præviis die-
spositionibus, suo Marte elaboratis:

Johann Friedrich Beator[us], Bernaviens, Marchicus, Svadebit Christi
natalem celebrandum.

Christian Gottlieb Magnus, Jütröboe, Sax. Consentiet, natalem
Christi celebrandum esse.

Gaspar Friedrich Wächler, Jütröb, Sax, Detypo, Christi originem
u[er]o præfigrante, dicet.

Johann Samuel Lüdner, Artzberg, Misn. Contestabitur Melchi-
sedechum, utique esse typum Christi originis.

Paul Adam Hoffmann, Weidenh., Misn. Perorabit de gemina
Christi natura.

Johann Friedrich Klossch, Mühlberg, Misn.. De Typo, annuncia-
tionis, parcus concipiendi, differet.

Johann Friedrich Richter, Mühlberg, Misn. Diciturus est de Typo,
nativitatem Christi respiciente.

Johann Christian Grosse, Jütröboe, Sax. Dicet de Typo, fugi-
Christi in Ægyptum.

Franz Paul Gekno, Torg. Misn. (1) Diciturus est de igne vario,
Latine. (2) de metu Hierosolymitanæ Urbis, Græcè

Friedrich Christian Meusel, Luc, Lusat. Quædam, de stellâ magis
apparente, diciturus est, Græcè.

August Friedrich Ranneberg, Martisb, Misn. De Ægypto pauca dicet.

Johann Samuel Ziemer, Wartenb, Sax. Concludet, & gratias a-
get Auditoribus.

Daniel Gottlieb Köhler, Dresden, Misn. De Typo, incarnationem
Filiæ Dei, & illæsan Virginitatem, beatissimæ matris adumbrantes, di-
cturus est.

Johann Christoph Sinner, Welsavia Misn. Perorabit de Desiderio
fidelium in Viceri Testamento, erga veneturum Messiam, Græcè,

Johann Friedrich von Grosse, Roitzsch, Misn. Differet de nimia Cu-
pidine imperandi Herodis, Gallicè.

Christian Albrecht Amende, Gräfenh, Saxo. Dicet de prodigiis, q[uod]
circæ nativitatem Christi acciderunt.

Johann Friedrich Clement, Grosboth, Misn. Differet de mutatio-
ne Reipubl. Judaicae.

Johann Gottlieb Vater, Torg, Misn. Dicet de Arca fæderis, Græcè.

Johann Samuel Franck, & Wittenberg, Sax.

Carl Siegmund Franck, Salvatorem recens natum, ritè excipiendum esse dicent, Gallicè.

78 M 437



TA DOL

kein Rest.

nur 51. Stck verknüpft bisher



102 A7

L. N. J.

Cœlestis Regis Filii, & ejus qvidem
unigeniti,

JESU CHRISTI

Scilicet,

Humani Generis

RIS, NATALIS,

varios Typos,

Querimus

a mentionem facit,
adumbratus,

Torgensis Oratorio

ibr. Auxiliante DEO,
entabitur;

rente, MDCCXIL

Ad quem

Patronos, Fautores

micos,

me invitat:

ULUS FEKNO,

org. Rector.



R G A,
AR. HEMPL. Junior.

Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8